



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Persæ braccas olim gestarunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

V. *χίτων* esse *braccas* olim mihi placebat. Etenim licet in vestitu veterum Hebræorum, Græcorum, & Romanorum illud fuerit à nostris moribus alienum, quod braccarum usum ignoraverint, quomodo nos vocamus illud vestimenti genus quod femora tegit, uti prolixè docuerunt Isaacus Casaubonus, Iulius Nigronus, Gaspar Sanctius & nonnulli alii, novèram tamen Gallos, qui provinciam Narbonensem incolebant, non tantum braccas olim gestasse, atque inde *braccatos* dictos, verum etiam Persas, de quorum braccis Ovidius.

Casaub. ad  
Suet. Aug.  
cap. 82.  
Nigr. de  
Caliga  
pag. 9. &c.  
Sanct. in  
Cant. 5.

Ovid. 1.4.  
Trist.

*Hos quoque qui geniti Graja creduntur  
ab urbe*

*Pro patrio cultu Persica bracca  
tegit.*

Quomodo & Thraces braccas gestarunt. De Orpheo Philostratus:  
*χαίρουσι γὰρ δὴ τῷ Ὀρφεί, πάραυτον ἴσως καὶ ἀναξίειδα τιμῶντες, ἔτι γὰρ μουσικὴν καὶ ἔδδ' αἰδῆς αἴς ἔτελλου.* Plurimum namque Orpheo gaudebant incolæ, tiaram forsàn & braccas admirati, non sane Musicam aut carmina, quibus demul-

Philost.  
lib. 1. de  
vita. Apol.  
lon. c. 18.

cibae

cebat homines. Unde & Orpheus in marmoreis antiquorum monumentis cum tiara & braccis cernitur, uti videre est apud Antonium Bos-

Bos. in  
Roma sub-  
terranea.

sium. Parthorum quoque regis statua braccata conspicitur, quam olim à Cavallerio editam exhibet vir eximius Octavius Ferrarius.

Ferrat. de  
Re Vest.  
p. 2. lib. 1.  
cap. 8.

Ea vero opinio mihi nunc non probatur. Præterquam enim quod nullo argumento confirmari possit

esse *braccas* sive *femoralia*, puto *braccas*, & si quid aliud vestimenti genus sub *farabaris* gestarunt, includi voce *שבל*, quam vestes interiores, quas sub *farabaris* induere solebant, significare, mox ostendemus. Ut non *braccæ* hic indicentur, sed pedum tegumentum, quod *tiaris*, capitis ornamento opponitur, uti etiam hanc vocem intellexit Theodotion, ex

cujus interpretatione Daniele legi Hieronymus docet. Reddidit enim *שבל* uti pro *τιάραις* *שבל* *שבל* inverso ordine legi mavult *שבל* *שבל* *שבל* vir magnus Johannes Drulius. *שבל* autem sunt ocreæ, pedum & crurum tegumenta, quomodo Persarum

Hieron.  
Proem.  
in Dan.

rum